

terrestre, ita quod lumē in ipsum penetrare nō potest, ideo fit tunc nubes nigra multae nigredinis, & sunt tales nubes materia uentorū. In uapore uero aqueo generatur nigredo ex condensatione frigoris, ppter quā in ipsum penetrare nō potest radius solaris uel stellarū, & non remanet nubes humida multum nigra. Ex uapore uero quocunq; disgregato subtili recipiente ingressam luminis solaris fit nubes alba, unde etiā aliqñ uidetur nebula alba. Quando autem nubes habet in se humidum fumosum ammixtum aliquantum terrestre adusto, tūc in ipso recepto lumine fit nubes rubea, & alia purpurea, ut cum radij terminantur in inferiorem partem nubis humidæ in mane uel in sero, & hæc significant pluuiam futuram, & si qdem sit in oriente in mane, defertur pluuiā super hōmīnes illius habitabilis, Si uero sit in occasu, tunc defertur pluuiā in mundi inferius hemispermum sub hōies uidentes, & erit ibi pluuiā in nocte, & redibit illa pars cœli forte spoliata nubibus in mane, & sic significat rubor nubium in sero serenitatem in die sequenti, qm̄ uero nubes depressa habet superius respersam purpureitatem obscuram ualde, tunc illa rubedo est ex partibus terreis adustis quæ iam incipient inflāmarī in uentre nubis, & sunt nubes tales periculosaē continentes materiam tonitruī & similiū. Quod si nubes sit rorans & in fine suæ resolutionis, tunc illa nubes in se recepto lumine, qñq; iridis acquirat colorem, & secundum sui uarias dispositiones fit multa uarietas colorū lumine nubibus præsentē, siue lumen nubī incidens refrangatur ad uisum ppter densitatem secūdi diafoni, siue reflectatur ad uisum à superficie ipsius nubis. Sed in his coloribus medijs nubium nō modicum effectum habet admixtio umbrarum, cum nubes superior per nubem subtilem umbrosam uisibus occurrit, tunc em̄ uario colore colorat̄ nubes uisa secundum illarum umbræ admixtionem, patet ergo propositum.

LXX XI.

Virgæ fiunt ex refractione radiorum solarium ad uisum ab aliqua consistentia nubosa raritate & spissitudine inæqualiter distincta.

Virgæ dicimus extensiones radioꝝ p̄ nubes, quæ uulgo dicunt̄ funes tentoriij, interposita em̄ nube aliqua aquosa inter solem & uisus nostros fit refractione radiorum solarium ad uisum, & hoc accidit in medio secūdi diafoni, & ob hoc quandoq; ibi uidentur iridis colores secundum quasdam lineas rectas p̄tensa, eo quod habeant quandam subtiliorem & quandam grossiorem consistentiam, in quibus permixtum solis lumē fantasiam coloris in ipsis facit, potior tamen in his causa est admixtio umbræ quæ diuersimode immixtæ lumini colores diuersos uisibus repræsentant, & quia radius solis perpendicularis super superficiem nubis penetrat nubem, & ad uisus non reflectitur, ideo nubes in medio alba & incolorata uidetur, & sol per illā uisus uidetur sine figura, sed in colore puniceo aut colorem alium habens uisus. Sol em̄ per consistentiam nubis grossiorem & caliginosam alium & alium præsentat uisibus colorem. Non est autem in hoc differentia, siue sol uideat̄ per nubem, sic quod fiat suoꝝ radiorum ad uisus refractione, siue radij solis reflectantur ad uisum, aspicienti uero ad solis latera uidetur qñq; iridis color uirgatus, ut præmissimus, quando nubes secundum aliqd est spissa, & secundum aliqd rara, & secundum aliquam sui partem plus aquosa, & secundum aliquam minus, & quandoq; uidetur aliqua pars punicea, alia uero uiridis aut flaua, uirgæ itaq; fiunt propter irregularitatem diuersi situs & quantitates speculoꝝ, nō ppter figuræ anomaliam. Sunt em̄ quedam specula, quæ ppter sui anomaliam figuras anomalias permutatas uisibus ostendunt formarum uisarum per ipsa, de quibus in nono libro scientiæ huius aliquis sermo fuit, unde & nubes figuram solis non ostendit, quia specula nubis non sunt proprie ostendentia figuram propter speculorum paruitatem, sed ostendunt colorem quod conuenit diafonitati speculorum & nubis totius, & distinguuntur illi colores secundum dispositionem cui lux incorporatur, & secundum umbrarum immixtionem, patet ergo propositum.